



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. A quibus, & quâ actione incurratur censura excommunicationis
inficta per c. Si quis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

De privilegiis Clericorum & Religiosorum.

367

scēnt, histrioniam exēcent, macellarios, tabernarios agunt, & ab Episcopo suo tertio moniti non emendantur. v. in andentia, 25. & c. contin-
git, 45. de sent. excom.

4. Quæres quartò. An Clericus conjugatus gau-
deat privilegio Canonis?

Respondeo. Clerici conjugati, qui cum uni-
ca & virgine contraxerunt, habitum quoque &
tonsuram deferunt, atque Ecclesiæ aliqui infor-
viunt, gaudent privilegio canonici & fori per c.
un. de Cler. conjug. in 6. & Trident. cit. feli. 23.
c. 6. Secus dicendum, si fuerint bigami, aut vi-
duas, vel corruptas duxerint, tunc enim ipso jure
privantur privilegiis Clericalibus & prohibentur
gēfare habitum Clericalem. c. un. de bigamis in
c. c. quicquid 5. disp. 84.

5. Quæres quintò. Quinam in c. si quis intelli-
gantur nomine Monachorum?

Respondeo: Omnes Ordinum approbatorum
Regulares, etiam Novitos, Conversos, seu La-
icos, & Moniales, per c. non dubium s. c. de Mo-
nialibus, 33. de sent. excom. Ad quos reducen-
tur Eremitæ, qui sub obedientia Episcopi vel
Prælati vitam religiosam imitantur, quamvis 34.
vota substantia non emitant: tunc enim sunt
persona Ecclesiastica juxta superius dicta, Engel
cit, cum Sylvestro & Navaro.

6. Quæres sextò. An Religiōs apostatae, vel eje-
cti gaudente privilegio Canonis?

Respondeo affirmativè cum Diania p. 9; tri. 4.
resol. 12. Bordono de privileg. Cler. c. 21. n. 48.
etiam tñs tñsuram & habitum dimiserint, quia
privatio privilegiorum Clericalium respectu Re-
ligiosorum apostatarum, vel ejectorum nullo ju-
re habetur expressa. & cap. 1. de apostatis. quod
apostatis à Clericatu præter alias penas adimit
privilegium Canonis, est strictè interpretandum,
neque in odiois sub nomine Clerici, de quibus
illud caput loquitur, veniunt Religiōs, uti
habet Abbas in c. 1. Ne Clerici, vel Moni. Insu-
per privilegium fori & Canonis competit Regu-
laribus Professis ratione Professionis religiose,
quæ ipsi inseparabiliter adhæret, neque pro lu-
bitu excuti potest.

§. II.

A quibus, & quā actione incurrit censura
excommunicationis infusa per c. si quis?

7. Quæres primo. Quinam intelligentur in Ca-
none per particulam si quis?

Respondeo, intelligi quemcumque percusso-
rem utriusque sexus, dolii & censuræ capacem.
Quò pertinent etiam mandantes, consulentes,
consentientes, ratum habentes & non impedi-
entes, si tenebantur ex officio impedire. Suar. disp.
22. de Censur. sect. 1. Sayr. I. 3. c. 26. Castrop.
disp. 3. p. 23. §. 2, nam ut habetur in c. quanta.
47. de sent. excom. agentes & consentientes pa-
tri poenâ puniuntur, et que Canon iste favorabi-
lis pro honore statu Ecclesiastici.

8. Inferes primò. Si mandans aut consulens per-
cussionem scribi revocaverint, & notificaverint
revocationem mandatario, non incurrit excom-
municationem, quantumvis sequatur percussio,
non enim amplius influunt moraliter in pertur-
bationem, ut docent DD. communiter.

Inferes secundò. Qui Clericum consentien-
tem percūtit, incurrit excommunicationem,
quia Clericus suo consensu non potuit cedere &
derogare favori statutus Ecclesiastici, ac dignitati
Ordinis, quem Canon. principaliter respicit.
Suar. Castrop. cum communi, estque clare deci-
sum in c. contingit; 36. de sent. excom.

Quæres secundò. Qualis requiratur actio, ut
incurrit poena Canonis?

Respondeo primò. Requiritur actio in ge-
nere injurie mortaliter peccaminosa, & corporaliter
afflictiva. Dixi mortaliter peccaminosa; nam
censura excommunicationis supponit culpam
mortalem in genere sacrilegii, eaque indicatur
per verba: *Seradente diabolo, & violenta manum
injelio.* Dixi secundò, corporaliter afflictiva,
nam per manuum injectionem significatur exter-
na laïcio corporalis, sive immediata, putâ mani-
bus, dentibus, pedibus &c. sive mediata, h. e.
mediante aliquo instrumento, scloperto, baculo,
ense, scabello &c. sive in ipso corpore, sive in
adjacentibus, putâ vestibus, equo &c. proximè
recepta, non enim ista laïcio vel afflictio requirit
percussionem, aut physicum contactum corpo-
ris, dummodo sit injuriosa corporalis afflictio,
qua etiam contingit, si Clericus aut Religiōs
arreptâ ueste violenter expellatur, aut trahatur
ad aliquem locum, si violenter uestibus exuatur,
si in custodia teneatur, si violentâ persecuzione
adactus in foveam vel fluvium incidat, &c. hæc
omnia quippe continentur in violenta manuum
injectione. P. Engel loc. cit. n. 135. & DD. in
c. nuper. 29. de sent. excom.

Inferes primò. Si percutiens Clericum animo 11.
graviter eum lacerandi valde levem externam per-
cussionem inferat, non incurrit excommunica-
tionem: quia utique ciuiam in hac matetâ datur
parvitas materis: & excommunicatio tamquam
gravis pena supponit, actionem extream esse
mortaliter peccaminosam, non præcile ratione
actus interni & prava voluntatis, sed etiam ra-
tione actus externi, pro quo fertur, non enim Ec-
clesia judicat de occultis. Ita Suar. disp. 22.
se. 1. Sanch. I. 2. c. 8. n. 7. Sayr. I. 3. c. 27. n. 33.
Bordonus cap. 21. n. 149.

Inferes secundò. Qui pulverem, aquam, alia-
ve levia spargit in Clericum, qui lacerat equum,
cui insider, præcidit habendas &c. incurrit ex-
communicationem: nam esto per similes actiones
non graviter laceratur in corpore, gravem tamen
patitur violentiam & injuriam circa suam perso-
nam, quam ad incurrandam penam Canonis suf-
ficere constat ex c. nuper practicato ibi: quamvis
per eorum factum corporalis lesio non fuerit subse-
cuta, circa quam violentia sepius circa Clericos per-
petratur.

Quæres tertio. Quænam causa excusat ab 13.
incurfu censuræ?

Respondeo. Excusat primò percussores
Clerici se se enormitatibus immiscentis c. cum non
ab homine 14. de sent excom. quò pertinet si quis
violentas manus injiciat in Clericum cum marre,
forore, aut filia turpiter deprehensum. Engel.
n. 126. Secundò excusat calus, error, & igno-
rancia: ut si quid incurrit domo ejectum incidat
in Clericum; si percutias Clericum, invincibiliter

Z 3 existi-